

38. Et in Francisco Spiera Civitatulano, qui Venetijs coram Legato Pontificis, Archiepiscopo Beneventano, agnitam doctrinæ Evangelicæ veritatem, sine ullâ tamen blasphemiam abnegavit: postmodum autem Patavium reversus, ita merere, ita animo angi & discrucari cepit, ut non in ægritudinem modò gravissimam, verùm miserandam desperationem incideret, ita ut nulla planè admiffa consolatione, Civitatula tandem infelicem & desperatam animam efflaret, falsò sibi persuadens, blasphemiam in Spiritum Sanctum se commisisse, ac proinde nullum sibi amplius ad gratiam & misericordiam Dei patere reditum. Anno Christi 1548.

39. Est ergò peccatum in Filium hominis, doctrinæ Evangelicæ vel nondum agnitæ per ignorantiam oppugnatio: vel agnitæ ex infirmitate ac metu periculorum, sine ulla tamen ejus blasphemiam, abnegatio.

40. Etsi verò tanta est peccati hujus atrocitas, ut pauci admodum eo laborantes, per veram pœnitentiam ad Christum redeant: Siquidem Desperationem quasi individuam comitem fermè semper secum trahit.

41. Respectu tamen blasphemiam in Spiritum Sanctum, & levius: & dum media ac organa salutis non petulanter ac voluntariè respuit, Remissibile esse cum Christo Servatore affirmamus.

Secus